

www.e-rara.ch

**Demosthenis Oratorum Graeciae principis Opera, quae ad nostram
aetatem pervenerunt, omnia**

Demosthenes

Basileae, [1549]

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-93319>

Gnomologiae Sive Sententiae [...]

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

GNOMOLOGIAE SIVE SENTENTIAE.

COLLECTAE EX ARGUMENTO LIBANII
Primæ Olynthiacæ.



Λαοδός.) Nomina sæpe temerè, sæpe ab euentu facta tā hominib. quàm urbibus, omen habent. Sic Olynthus, cum sp̄e de se non insuauem præberet, euersa est anteq̃

ad iustam imperij maturitatem perueniret.

Λύ.) Clarissimæ olim urbes, nunc nihil sunt: quæ nunc maximè superbiunt, eandē aliquando fortunam experientur.

πόλις.) Vt homines, ita etiam urbes suo quodam fato tandem intereunt.

ὠδὶ θέρμης.) Coloniae in barbaras prouincias potissimum deducendæ: cum ut nostræ inopiæ consulatur, tum ut illæ ad uerā religionem & humanitatem perducantur.

ἐμλωκός.) O' duram paupertatis conditionem, quæ patria, legibus, institutis relictis, confidēre cogat inter Barbaros.

ἐμλωκόν.) Magna uis institutionis & naturæ, laudata patriæ instituta in medijs etiam Barbaris retinentis.

Ἀθλωαίων.) Prudens fuit Atheniensium institutum, inopem suæ ciuitatis multitudinem mittendi in colonias.

ἄποιος.) Athenæ, quæ olim passim colonias dimiserunt: nunc præter nomen, & paucas piscatorum casus nihil habent.

πολλοὶ & πόλεμοι.) Raræ felicitatis est, multa bella, eadem que prosperè & cum laude gerere.

Ἀθλωαίσις πὲρ καὶ λακεδαιμονίσις.) Potentes & celebres aduersarios superasse, ea demum magna laus est.

Ἀθλωαίσις.) Spacio temporis exolefcit coniunctio familiarum & urbium: & hostes fiunt, qui olim fuerant inter se coniunctissimi.

Ἀθλωαίσις.) Metropolis & coloniae bellum, quid aliud est quàm pugna matris & filiarum?

Ἀθλωαίσις.) Quos nobis defensores paramus, ij hostilia sæpè faciunt.

ἄρχει.) Imperia plerq̃ uiolenta sunt, & magis armis quàm iure constituuntur: potentior imbecillioem opprimit.

τῷ ἐμλώων.) Natio Græcorum etsi libertatis amantissima, non tamen dominatum aliorum euitare potuit: aliàs Athe-

nienfium, aliàs Lacedæmoniorum, aliàs Macedonum, aliàs Romanorum: at nunc acerbissimo tyranni Turcici oppressa imperio.

τὸ παλαιός.) Nullus dominatus est perpetuus: ab alijs ad alios imperia transferuntur.

ἐπὶ λήμῃσι, καὶ αὐθις.) Pax diutius retineri non potest, quàm finitimi patiuntur.

ἐπὶ λήμῃσι.) Rebus, bello potissimum, bene gestis, augetur urbium celebritas & potentia.

χρόνῳ π.) Nemo repente magnus fieri potest: magnitudo quidem subito se non nunquam conspiciendam præbet.

ἐὶς δ' αὐάμιν πρὸ ἡλ. δ.) Industria & diligentia & assiduitate (numinis tamen fauorem in primis exorari atque accedere necesse est) tam priuatae opes, quàm publicæ crescunt.

πρὸ ἡλ. δ.) Qualis est fors mortalium? Urbis florentis. opes, multis annis auctæ, uno die subito perierunt.

τῷ συγγενέσι.) Nulla æqualitas fortunarum, potentie, dignitatis, diuturna esse potest. Natura ita fert, ut aliqui tandem emineant, cæterisq̃ dominantur.

πολύ π γένος.) Vt coniugiorum, ita etiam urbium dispar est fecunditas.

χαλκιδικόν.) Ad fodinas metallicas multi confluunt: ac tandem crescente hominū multitudine magis quàm pecunia, ob locorum angustias, aliàs quærere sedes coguntur.

Βασιλεῖ συμμαχίαν.) Fœdera & societates, ciuitatum præsertim cum principibus coniunctiones, quibus miseri mortales res suas in tuto collocare student, multis perniciem attulerunt.

τῷ μακεδόνων.) Finitimorum societas plerumq̃ expetitur.

μετ' αὐτῷ πρὸς.) Quanta est miseria mortalium, qui nonnunquam eorum quos oppugnant, opem implorare coguntur?

ἐλκφότες.) Dona principum sunt autamenta seruitutis.

ἐλκφότες.) Muneribus initio nihil est iucundius: sed tristem aliquando sui memoriam relinquunt.

ἀμφισβητήσιμον.) Homines callidi, & de suo

de suo iure concedere, & liberalitate uti nō dubitant in eos, quos suis rebus opportuno fore putant.

ἐκ κληρονομίας.) Tyrannorum liberalitas ferè non aliud est, quàm translatio pecuniarum à iustis dominis ad alienos.

ἵσθρον.) Rerum progressiones ostendūt multa, quæ initio prævideri haud facile potuerunt.

ὑποπτεύειν.) Tyrannorum est initio tanta simulandi dexteritas, ut dolus eorum nullus metuatur.

ὑποπτεύειν.) Sæpe quodam animi præfugio diuinamus, à quibus nobis uel bona uel mala impendeant.

Quorum principum subita & magna incrementa cernuntur, fides autem dubia: ij terrori & suspecti esse solēt socijs infirmioribus. ὑποπτεύονται οἱ βασιλεῖς, ὧν ὁρῶσις οἱ σύμμαχοι τα χεῖραν καὶ κτλ. πλὴν τὴν αὐξήσιν, ἢ πῶς δὲ τὴν γνώμην.

τα χεῖραν.) Raræ felicitatis est, celeritas & magnitudo incrementorum: rarior diuturnitas, et constantia.

ἢ πῶς δὲ.) Difficile est sanctam societatem & fidem esse regni.

καὶ τηρεῖται.) Fatales calamitates nullo humano consilio possunt uitari.

ἀφρημοῦτα.) Per absentiam principum, si qui nouis rebus studēt, aliquid moliri solent.

τίμησαντες.) Mira inconstantia humani ingenij, societatem hostium, sociorum inimicitias, quasi permutatione quadam, pro re nata, expetentis.

παρά τὰς συνθήκας.) Perfidiam non excusat iniuriæ metus, sed infœlici conatuum euentu plerunque Deus ulciscitur.

καὶν.) Ea societatis ratio est, ut communi consilio bella & suscipiantur, & deponantur.

καὶν ἄλλο τὶ δόξα.) Amicitia & inimicitia mortalium non sunt immortales: humana consilia reguntur temporibus, mutantur ratione utilitatis.

πεφάσας.) Tyrannis ad opprimendos imbecilliores, nihil deest præter honestam speciem & occasionem. πεφάσεως δέονται μόνοις οἱ τύραννοι, ἡδὲ ἐὼς ἀσθενεσέουσιν.

πεφάσας δέονται παύτως λαβόν.) Cupide arripiuntur diu quæsitæ, ac oblate tandem occasiones.

πρὸς ἐὼς ἐχθρὸς.) Ad reprimendum commune & potentiorē hostem, etiam hostium societas expetitur.

τὰς συνθήκας.) Turpissimum est perfidie crimen.

ποραβηκός.) Dictorum conuentorumque uiolatione, rumpuntur fœdera, bellorum non iniustæ causæ suppeditari uidentur.

ἐς ἀδύνατον.) Insignis Athenarum humanitas, ad quas in rebus afflictis omnes penè Græci confugiebant.

οἷς δὴ μισοῦσιν.) Qui à principibus aut ciuitatibus aliquid impetrare student, consiliarios & oratores in primis sibi conciliant.

συναγορεύειν.) Qui adducti muneribus, alijs patrocinantur: honestam defensionis speciem quærunt.

Pannoniarum incolumitas est Germania propugnaculum. ἢ τὴν πᾶσαν Γερμανίαν, τὴν γερμανὴν ἀσφάλειά ἐστιν.

κελεύειν.) Orator in bona causa imperandi autoritate præditus est.

θαρώμεθα.) Nostris animum addere nō melius possumus, quàm aduersariorum uiribus extenuandis.

Publica pecunia ad defensionem Reipublicæ conferenda potius, quàm in spectaculis consumenda est. τὰ δημόσια χρηματὰ δὲ πρὸς τὴν στρατιωτικὰ μᾶλλον, ἢ ἐν ταῖς διαλείαις διανεμέσθαι.

οὐκ ἐπὶ πλὴν.) Ignotos ritus ueterum, & historias explicare, uel in primis est opus.

οὐκ ὄντων.) Veterum in ædificijs, cultu & uictu, maior simplicitas fuit, & frugalitas: maior item prudentia, & fortitudo.

τόπον.) Angustia & incommoditates locorum, rixas pariunt.

συνδόντων.) Ad uoluptates magis festinatur, quàm ad officium faciendum.

πολλὰ.) Magnæ stultitiæ est, propter leuem & breuem uoluptatē cum alijs digladiari.

ἔστω καλὸν.) Magistratuum munus est, prohibere ciuium dissensiones.

ὡν ἐκδὸν ἐκρίνεται.) Pecunia in emendo & uendendo æquat summis infimos, tollitq; dissidium.

καταλαμβάνειν.) In emendo, tempore qui

qui prior est, potior quoque iure putatur.

οἱ πρῶτος.) Diligenter cauendum, ne quæ leges rogari, ne qua instituta recipi in fraudem pauperum uideantur.

τῶ ἀναλώματι λυπεῖσθαι.) Pauperibus, imò ditissimis etiam, impensæ insolitæ molestissimæ sunt.

περὶ ἡλ.θ.) Largitiones à paruis profectæ initijs in immensum crescunt, & non modò priuatorum loculos, sed ærarium etiam ex

hauriunt.

ἐλαμψανον.) Auræ popularis captatores, de alieno sunt in plebem liberales.

ὁδὸν καὶ πῶδὲ τὰς.) Nulla maior pestis rerum publicarum esse queat, quàm uulgi, natura ignaui, ferocis, luxuriosi, collocupletatio.

Ciues stipendijs datis pro defensione reipublicæ militare debent. δὲ τὸν πολίτην ὑπὲρ ὧν τῆς πατρίδος στρατεύουσιν, μιῶς λαμβάνειν παρὰ τῆς πόλεως.

οἱ τὰς θεωρίας.) Vulgus, nisi urgeret inopia, nec opus faceret, nec militaret: sed in ocio, spectaculis, lusibus, & epulis indulgeret.

θεωρίας.) Aurium atq; oculorum uoluptas minimè illiberalis est.

Qui habent unde uiuant, grauati militatum abeunt, & pericula reformidant.

οἱ τὰ ἱκανὰ τῷ βίῳ ἔχοντες, οὐκ ἐτί ἐδίλυσαν ἐξίεναι καὶ κινδυνεύειν.

θανάτον.) Vulgus eas leges pertinacissimè defendit, per quas licet indulgere genio.

ὁυλαβῶς.) Cautè suadenda, quæ lege aliqua interdicta, aut alioquin populo ingrata sunt.

μά δι' ἐκείνο.) Nemo nisi desperatus, ea uerba proferre uolet, quæ per iugulum auctoris reditura sint.

διέλεκται.) Nihil prætereundū est, quod ad rem pertineat.

διέλεκται.) Dialectici est, totius negocij naturam complecti animo, & proferre in medium.

Nisi ciues ipsi unà militent, mercenarij rem plerunque malè gerunt. τὴν μὲν πόλιν αὐτὸν στρατεύεσθαι, ἀλλὰ ὅττι ξένῳ ποιῆσαι τὰς βοηθείας, αἵ πὺν ὅτι τὰ πρῶτα ἀπόλλυται.

αἵ πὺν.) Qui rem in integrum restitutam

uolunt, causam malorum inuestigare & tollere debent.

SENTENTIAE E' PRI-

MA DEMOSTHENIS.

Olynthiaca, & Vlpiani E-

narratione.



Ημοσθένος.) Nomen cum re consentit. Verè enim Demosthenes præsidio fuit populo, & patriæ libertatis acerrimus defensor.

ἐπίτροπος.) Magna eloquentiæ uis, ut quæ potentissimos etiam reges oppugnet.

ὁ ἀνδρὸς ἀδελφῶν.) ὁ, excitat minus attentos: ἀνδρὸς, commonefacit fortitudinis: ἀδελφῶν, felicitatis & sapientiæ.

νομίζω.) Cauenda est oratori, in rebus dubijs præsertim, affirmandi temeritas, quæ contentiosiore efficit auditorem.

ὑμᾶς.) Quo animo sint auditores, probabili coniectura est è dictis & factis eorum indagandum.

ὑμᾶς ἐλέσθαι.) Honorificè de auditoribus nos sentire, præ nobis ferre debemus.

χρημάτων.) In arduis deliberationibus, magno emendum esset prudens & fidele consilium.

Reipublicæ utilitas magnis priuatis opibus præferenda est. ἀντὶ πολλῶν ἐλέσθαι δὲ χρημάτων, δὲ μέλλουσιν σωθῆναι τῇ πόλει.

Utilitas pecunijs solet anteponi. πολλοὶ μὲν οἱ ἀνθρώποι χρημάτων τὸ συμφέρον.

πολλῶν χρημάτων.) Solet Demosthenes in exordijs 1, spargere semina argumentorum orationis. 11, Labefactare ea quæ incommodare sibi præuidet. 111, Aduersariorum rationes ad suam utilitatem pertrahere.

φανερὸν.) Quid expediat, latet atq; obscurum est: sed sapientis uiri cogitatione eruitur, hominis eloquentis oratione declaratur.

ἐγείνοιο.) Optandum est, in arduis deliberationibus habere, quorum fidelibus & sapientibus utare consilijs.

τὸ μέλλον συνοίσεις.) Non tam uidendum, quid in praesentia blandiatur, quam quid deinceps sit e re futurum.

πῶς δὲ ὦν νῦν.) In deliberationibus reipub. alijs affectibus repudiatis, bonum publicū duntaxat est spectandum.

ὅτε τοίνυν.) In arduis negocijs attentē cupideq; audiendi sunt, qui cōsiliū dare uolunt. χαλεπῶν ὄντων τῇ πρᾶγμα τῶν, πρὸς σῆ-
κει πρὸς τὸν μὲν ἐξελθὲν ἀκούειν τῇ βλάβῃ τῶν συμ-
βουλεύει.

τῶς δ' ἔτι.) Grauis est deliberatio coeunda belli societatis: cū ijs praesertim, qui statim armis defendendi sunt.

ἔτι γὰρ.) Optabile est deliberantibus, uel à meditatōis afferri, uel ab impræmeditatōis offerri, utile consiliū.

Non temerē irruere, sed aliquid utile meditatōi accedere debemus ad deliberandum, aut dandū consiliū. δὲ τὶ χρησιμὸν ἐσκεμ-
μῶν ἢ κεν τὸν βλάβῃ τῶν συμβουλεύει.

ἔτι δ' ἀκούοντες λάβοιτε.) Non fugienda est audiendi molestia, quæ aut lucro utilis consilij doctrinaeq; beat, aut certē nihil incommodat.

τὸν μετὰ τὸν.) Athenienses, quanquam sapientissimi habebantur, plura tamen fortunæ beneuolentiā, quā consilij prudentiā conficere uisi sunt.

τύχης.) Fortunæ, quæ omnibus in rebus dominatur, in deliberationibus etiam quædam est habenda ratio.

τύχης.) Fortuna prudentiam non rarò uincit.

τύχης.) Recordatio rerum secundarum superioris temporis, addit animos uulgo: prudenti non item, rerum humanarum inconstantiam consideranti, fortunæq; temeritatem.

τύχης.) In exhortando prodest, auditoris prædicare uires & felicitatem.

τὰ δὲ τῇ δόξῃ.) Vt nō omnia prouider dicantur, aut fiant: at in plerisq; fungi officio præclarum est.

ἐν τῇ πρᾶγμα.) Magni est ingenij, statim in re praesenti uidere atque intelligere, quid dicto & facto sit opus. Turpe conuicium illud, πρὸς τὸν μὲν ἐξελθὲν ἀκούειν τῇ βλάβῃ τῶν συμ-
βουλεύει.

οἷοις.) Quorundam, non omnium, est ea ingenij celeritas, quæ statim uideat quid deceat.

ἐν τῇ πρᾶγμα οἷοις.) Quorundam subiti-

tæ cogitationes meditatōis aliorum consilij antecellunt.

αὐτὸς ἐπελθὲν.) Subiti motus ingeniorū, animorumq; impulsiones plerumq; sunt, si pareas, magni aut boni aut mali causa: excitantur enim aliās diuinitus, aliās ab hoste humani generis: rarò mediocritatem seruant, rarò nullas significationes habent.

αὐτὸς ἐπελθὲν ἐπελθὲν.) Is demum in magnis uiris est habendus, qui quid e re publica sit, intelligit, atq; idem dicendo explicare potest. Quod si id quoq; accesserit, ut strenuē conficiat: nihil ad eius laudes accedere posse uideatur.

Multa opportuna dictu, fortunatis & ingeniosis subito ueniunt in mentem. τὰ δὲ τῇ δόξῃ ἐν τῇ πρᾶγμα τοῖς ἐπιτυχέσι πρὸς τὸν μὲν ἐξελθὲν ἀκούειν τῇ βλάβῃ τῶν συμ-
βουλεύει.

Prudentes ex omnium sententijs utilia facile deligunt. ἐξ ἀπάντων ῥαδία γίνετ' τοῖς
δὲ φρονέουσιν ἢ τῇ συμφέροντι αἰεσί.

ἐξ ἀπάντων.) In deliberationibus, animus in omnes partes est uersandus: omnia persequenda sunt tam commoda quā incommoda, quæ in rebus insunt.

ῥαδία.) Multitudo rationum prudentes expedit: hebetiores intricat, & inopes consilij facit.

τῇ συμφέροντι.) Multa speciem habent utilitatis, sed unum quiddam uerè expedit.

τῇ συμφέροντι.) Utilitas (Cicero dignitatem tradit) finis deliberatiui generis statuitur.

αἰεσί.) Non nisi rebus probè deliberatis, decernendum est.

αἰεσί.) Facilius est inuenta consilia commutare, quā inuenire.

Inuentio est prudentis oratoris, delectus consiliorum non stulti auditoris. τὰ δὲ τῇ δόξῃ ἐν τῇ πρᾶγμα τοῖς ἐπιτυχέσι πρὸς τὸν μὲν ἐξελθὲν ἀκούειν τῇ βλάβῃ τῶν συμ-
βουλεύει.

ἔτι γὰρ μόνον.) Oratori cauenda est arrogantia opinio, ne uel solus audiri uelle, uel suas rationes optimas credere uideatur.

ὁ μὲν οὖν.) Res ipsa ultrò monet, quid fieri oporteat: consiliūq; attentis longè melius suppeditat, quā perplexæ oratorum conciones.

ὁ παρὰ τὸν κοινόν.) Grauiissimæ sunt, & sapientissimæ Occasionis cōciones, eademq; perspicuæ, nec sine perniciē negliguntur.

μονονοχί.) Maior est oratorum in fingendis personis uerecundia, quā poetarum.

λίγα.)

λίγει, φωνῶν ἀφ' ἑαυτοῦ.) Stulti non audiunt uocem clamantis sapientiae.

φωνῶν.) Occasionis uox non aliud est q̄ diligens omnium, ut uocant, circumstātiarum consideratio.

καιρὸς.) Occasio, est diuinitus oblata rei bene gerendae commoditas.

Occasionis concio hæc est: Rerum tuarum ipsi tibi suscipiendam esse curam, nisi perire malis. ὁ καιρὸς λέγει, μὴ νονηχ' φωνῶν ἀφ' ἑαυτοῦ π' σ' αὐτῷ τῇ πραγματείᾳ σ' αὐτὴν ληπτίως ὅτι, εἴ πορ ὑπὸ τῷ θεῷ εἰσὶν φροντί-
ζεις.

Oblata opportunitas non est amittenda. οὐ δ' εἴ δ' ἂν παραπεπρωκότα καιρὸς ἀφ' ἑαυτοῦ. ἔως ὅτι καιρὸς, ἀν' ἡ ληπτίως ὅτι τῇ πραγμα-
τείᾳ.

θεῷ εἰσὶν αὐτῷ.) Li sedulo tuendi sunt, quibus perditis & tibi sit pereundum.

αὐτῷ.) Auditor non melius excitari potest, quàm si salus ipsius agi dicatur.

αὐτῷ.) Etiam summe opes negligentia dilabuntur.

φροντίζεις.) Incredibile est cuiquam tantam socordiam innatam esse, ut suam salutē negligat.

οὐκ οἶδα.) Tam perplexum & mutabile uulgi est ingenium, ut quid constanter uelit, aut nolit, non facile possit intel-
ligi.

ἡμεῖς.) Demosthenes in reprehensionib. se quoq̄ cōplecti, laudes in uniuersum populo transcribere solet.

τρόπον ἔχειν.) Artis est, citra offensionem auditorum (id quod sit tectis & mollioribus uerbis) in exordijs præsertim, uitia castigare.

ἡμεῖς δ' οὐκ οἶδα.) Quanto cum dolore boni uiri uident socordiam & uæcordiam eorum, quibus optimè consultum uel-
lent?

τάγ' ἐμοί.) Orator suum consiliū ita proponit, ut nemini, qui melius aliquid attulerit, inuideat.

Deliberatis rebus, citra moram instrui, & exequi negocia debemus. δ' εἴ τι κ' οἰσιν, καὶ π' αὐτοῖς αὐτῶν τὴν ταχίστην.

Cauendum ne sæpius in eandem fraudē nostra culpa incidamus. φυλάττειν χρὴ, μὴ πάσχωμεν ταυτὸν, ὅ πορ καὶ π' ὅσον ἡδ' ἡ πολλὰ
κ' αὐτῶν πόνον αὐτῶν.

πρεσβάν.) Decretis auxilijs, apparatu celerī, legationibus facundis & promptis, trepidantes socij confirmātur,

καὶ παρῆσαι.) Eorum legatorum magna est autoritas, qui non uerba duntaxat nunciant, sed rebus etiam gerendis interfunt.

ὡς ὅτι μάλιστα.) Callidi aduersarij diligentissimè sunt cauendi.

μὴ παρῆσαι.) Homines callidi, & in rebus gerendis acres, amplificare solent imperia.

τὰ μὲν εἰκων.) Homines callidi aliàs cedunt ijs quorum cōiunctionem ambiunt, aliàs minitantur, aliàs criminantur aduersarios: obsequio, minis, calumnijs pugnant.

ῥῆμα.) Tempori est ubique seruendum.

Principum minæ non sunt contemnendæ. οἱ τύραννοι ἀξιοῦσι αὐτῶν ἐκόντως φαίνοντο ἀπειλοῦντες.

τὴν ἀρρώστειαν.) Qui socijs periclitantibus non succurrunt, faciliè deseruntur.

ῥήκη.) Quum hostium potentia penitus destrui non potest: at opera dari debet, ut eorum incrementa impediuntur, & aliquid de summa rerum detrahatur.

παρασώσκει.) Sociorum alienatio est ueluti membri à corpore auulsio.

οὐ μὲν ἀλλ' ὡς θεός.) Omnis commoditas sua fert incommoda secum. & contrā: Incommoda etiam habent aliquid com-
modi.

Vnius imperium ad conciliandam liberarum ciuitatum societatem, non accommodatum est. ἡ μοναρχία πρὸς τὰς κατα-
λαγὰς, τὰς πρὸς τὰς δημοκρατίας, οἰατίως ἔχει.

καὶ βέλπσον.) Acuti oratoris est, etsi nonnulla concedere cogitur aduersariorū, tamen & uires eleuare, & argumenta inuertere, & ea quæ auditores terrent, ad consolandum adhibere.

Regum summum præsidium, & prerogatiua est, ad bella celeriter & in tempore gerenda: quod unus homo omnia & aperta & operta moderatur: quod idem simul & dux est, & dominus, & quæstor: quod ipse ubique adest exercitui. ὅ, ὡς ὄντα, πάντως εἶναι κύριον, καὶ ῥητῶν, καὶ ἀκρίβειαν, καὶ ἅμα στρατηγὸν, καὶ δεσπότην, καὶ ταμίαν, καὶ πάντα τοῦ αὐτοῦ παρῆναι τῷ στρατῷ μακρῷ. ῥῆμα δ' ὅσον αὐτῶν ἐστὶ τῇ βασιλείᾳ, καὶ πρὸς τὰ τῷ πλήθει ταχὺ καὶ κ' καὶ εὐδὲν πρὸς τῶν, καὶ λῶ πρὸς χεῖρα.

ἄσμενον κρίνεται.) Aliquid habere uirium eos necesse est, cum quibus rex in gratiam redire cupit.

πρὸς

πρὸς ὅλων θίξας.) Incitandi cunctantes optima ratio est, apponere æmulum, qui quod ipsi accipere dubitent, interciperere studeat.

Vigilandum est, cum non de finibus aut gloria, sed de excidio dimicatur. ἐρηγορέναι δ' εἰς οἷς ἀλλήλων ἐστίν, ὅτι ἔτι πάλαι δ' ὄφεικε, ἔδ' ὑποδ' μέγας χάραξ κλεμῶσι, ἀλλ' ἀνασταλάξας καὶ ἀνδρῶν προσιμῶς τ' πατριδ'.

ἐναντίως.) Quibus & clades, si uincantur, perniciofa, & reconciliatio cum hoste, periculosa est: eorum in tuenda societate inconstantia non est metuenda.

ἐναντίως ἔχει.) Videndum inter quos possit, inter quos non possit esse amicitia.

ἐναντίως.) Inæqualium non esse potest diuturna societas.

καὶ ἴσασιν.) Felix quem faciunt aliena pericula cautum.

ἐκρίνον.) Crudelitas & perfidia, deterrent & à deditioe, & à reconciliatioe.

ἐν ὑποδεξαμένους.) Non tutum est tyrannum cum exercitu intra mœnia recipere, tametsi nihil hostile præ se ferat.

In uniuersum, mea quidem sententia, unius imperium liberis ciuitatibus, finitimis præsertim, est metuendum. καὶ ὅλως, ἀπίστον, οἶμαι, ταῖς πολιτείαις ἡ τυραννίς, ἄλλωσιν, καὶ χάραν ὁμορον ἔχουσι.

Demosthenes exemplis sententias solet subiungere. δημοσθένης ἐπὶ τὸν τὰ μὲν καὶ παλαιὰ εἰρησέμετα, τῶν καὶ θολικῶν τ' γνώμης ταῦτ' ἔτι σφραγίζεται.

ὁμορον χάραν.) Ipsa uicinitas lites & controuersias & bella parit.

ὁμορον.) Principes, finitimos primū opprellos, & subactos uolunt.

Vrgente necessitate, uelle & excitari et in bellum Turcicum, si unquam, nunc certe, incumbere, pecunijs alacriter conferendis, ipsi in aciem descendendo, & omni officio faciendo, debemus. γονομῶν τ' ἀνάγκης, ἡμᾶς φημί δ' εἶναι ἐνδελεῆσαι καὶ πρὸς ἐξουδυνῶναι, καὶ τῶν κλεμῶν τῶν πρὸς ἐν τέρους πρὸς σέχιν, εἴπερ ἔτε καὶ νῦν, χάματα εἰσπρόσῃας πρὸς δυνάμεις, ὡς αὐτὸν ἐξιδόντας, καὶ μὴ ἐν ἐλπίσιν ἔσονται.

Auditor non à solis oratoris uerbis pendere, sed ipse, quæ opus sunt omnia, considerare debet. δὲ ἐν ἀκούοντες μὴ τῶν τοῦ λέγοντος ῥημάτων ἡρτῆσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὰ μὲν αὐτοῦ περὶ οὐκ, πάντ' ἐν δυνάμει.

Cum ultrò eueniūt, quæ expetimus: nulla neq; ratio neq; excusatio nobis superest, quo minus officio fungi uelimus. γονομῶν ὡς ἐνδελεῶν αὐτοῦ, ἔδ' λέγει, ἔδ' οὐκ ἔστι.

ἔδ' ἡμῖν, τ' μὴ τὰ δέοντα κριεῖν ἐνδελεῶς ὑπολαβεταί.

ἐκ κλεμῶν.) In hostes, quibus par esse solus haud possis, alios concitare, artis esse creditur.

ἐνδελεῶς.) Turpe est, uoti factum compotem, ea negligere quæ optaris.

γέγονεν αὐτόματον.) Ultrò nōnunquam fiunt, quæ magno labore uix possent confici.

συμφέροι.) Non tam refert fieri quod optauimus, quàm nobis utiliter fieri.

Qui ab alijs impulsu bella suscipiunt, infirmi socij sunt, & ad tempus in eadem sententia manent. οἱ ὑφ' ἑτέρων περὶ οὐκ αἰετὶ λυμένοι πόλεμον, σφαλδροὶ σύμμαχοι, καὶ μέγιστον ταῦτ' ἐγνωκότ' εἶσιν.

Criminationes mutua inter nos odia pariunt. ἐκ τῶν πρὸς ἡμᾶς ἐκκλησίων, μισθῶν αὐτῶν.

Firmæ permanent inimicitia, quas metus & odium continent. βεβαίαι εἰνὸς τὸν ἔχοντα ἐν ἀνθρώπων, ὑπὲρ ὧν φοβέσθαι, καὶ περὶ ὧν διασιν, ἔχειν.

Si ab initio statim prudenter & diligenter administraremus omnia: res nostræ loco meliore essent: et molestijs quas parit sociordia, careremus. εἴπερ ἐξ ἀρχῆς ὑπὲρ ἀπάντων φρονήσιν τε καὶ πρὸς δυνάμειν πρὸς χάματα, εἰλπον αὐτὸν τὰ ἡμέτερα, καὶ πάντων τῶν μὲν ταῦτ' αὐτὸν ἀπὸ πλεοναχμῶν πρὸς γῆρας.

σφαλαρόμαθον.) Magnæ stultitiæ est, quod offertur, repudiare: aut amittere per sociordiam, idemq; postea magnis sumptibus & laboribus uelle recuperare.

ὑπὲρ ἡμῶν.) Sunt qui alijs melius consulant, quàm sibi metipsis: salutem alienā curent, suam negligant.

κλινομένη.) Principijs obstandum, nisi uelis hostem indies progredi longius.

ἵνα μὴ καθεύδον λέγων, διατρίβω.) Qui omnia persequi uolunt, in infinitam incidunt loquacitatem.

διατρίβω.) Solent oratores ueras causas dissimulare, cur aliquid dicant, aut non dicant.

Qui eorum qui opprimuntur uni primò strenuè, & (quemadmodum decuit) ipsi tulerunt opem: post aduersarijs utuntur multo facilioribus, & humilioribus. οἱ εἰς τῶν ἀδικημάτων τῶν πρὸς τὸν πρὸς δυνάμειν, καὶ ὡς πρὸς οὐκ, βοκῶνται αὐτοῖς καὶ ἐξ ὧν ἡμῶν καὶ ταπεινότεροις ἡμῶν τοῖς αὐτῶν λαοῖς.

Homines socordes præsentia quæ negligunt,

gligunt, futura ultro bene processura putant. οἱ ῥα θυμοὶ τῶν ἀνθρώπων, τὸ μὲν παρὸν αἰεὶ προΐοντες, τὰ δὲ μέλλοντα αὐτόματα οἰόνται χαλεπὴν καλῶς.

κῆξήσα μιν.) Aduersariorum ignauia saepe magis, quam suis opibus, crescunt aliqui.

καὶ καπνήσα μιν.) Egregia laus est, maiorum omnium splendorem, siue industria, siue fortuna, siue uirtute superasse.

μακεδονίαν.) Miræ uicissitudines imperiorum: Macedonica gens olim contempta, summum adipiscitur imperium.

ἐδείξω.) Vnus heroicus uir totam gentem illustrat.

κῆξήσα μιν.) Quorum opes ignauia nostra auxit, easdem uigilantia destruet.

ἡλίκῃ.) Industrie & fortitudinis Philippi testis esse cogitur etiam inimicus Demosthenes.

νυῖ δὲ καίρος.) Paucis contingit amissam occasionem recuperare.

Et si multa non ita se habent, ut oportebat, tamen si quis uerè consideret, iurè Dei Opt. Max. liberalitati magnam gratiam habebit. ἔμοι γε δοκεῖ τις αὖ δίκαιον λογιστὴς τῶν παρὰ τῶν θεῶν ἡμῖν ὑπεργυλίων καὶ σάας, καὶ πόρην ἐχόντων ὥς δὲ πολλῶν, ὅμως μεγαλύτερον αὖ ἔχεις κούτοις χεῖρ.

ἔμοι γε δοκεῖ.) Pij oratoris est, animos auditorum ad reuerentiam & cultum Dei immortalis excitare.

Iactura facta, negligentiae nostrae: dilatio incommodorum & amissa recuperandi facultas, diuinæ benignitati accepta ferenda est. τὸ μὲν πομπὴν ἀπὸ λαλοῦναι, τὸ ἡμετέρας ἀμελείας αὖ τις θεὸς δικάσας τὸ μὲν πάλαι ὄντως ποινδέναι, πεφνέναι τέ πιναι ἡμῖν βούλεται τῶν αὐτίκῃ ὄντων τὸ παρὰ τῶν θεῶν δυνόισι δόρυ γίγνηται αὖ ἔγωγε δέλω.

Vt in paranda pecunia, sic in rebus etiā gerendis fit. Qui enim parta conseruat, magnam fortunę gratiam habet. Qui uerò per incuriā consumpsit, is unā & accepti à fortuna beneficij memoriam consumpsit.

ἀλλ' οἶμαι πρόμαχόν ἐστιν, ὁ πόρην καὶ πόρην τὴν χρημάτων κῆσας. αὖ μὲν γὰρ ὅσα αὖ τις λαλῇ, ὁ σώσει, μεγαλύτερον ἔχει τῇ τύχῃ πῶν χεῖρ· αὖ δ' ἀναλώσει λαλῇ, σωανάλωσε καὶ τὸ μνησθῆναι τῇ τύχῃ πῶν χεῖρ.

Eadem est & rerum gerendarum ratio. Qui enim non rectè usi sunt occasionibus: et si Deus eis bene fecit, tamen non meminerunt. καὶ πόρην τῶν πραγμάτων οὕτως. οἱ μὲν χρησάμενοι τοῖς καιροῖς ὁρῶντες, ἐδ' εἰ σωέσθην τὴν πα

ρὰ τῶν θεῶν χρησόν, μνημονεύουσιν.

Ex ultimo euentu ea quæ præcesserunt, omnia solent aestimari. πρὸς δὲ πλοῦτοι οὗτοι ἐκβαλόντες, ἐκβαλόντες τῶν πρὸ ὑπὸ τῶν πραγμάτων ὡς τὰ πολλὰ κείνεται.

Eo diligentius cætera curanda sunt, ut ijs ritè confectis, susceptum dedecus extermus. σφόδρα δὲ τῶν λοιπῶν ἡμῶς φροντίσαι, ἵνα ταῦτ' ἐπανορθωσὶ μνησθῶν, πῶν ὡς τοῖς πεπραγμένοις ἀδοξίαν ἀποτρίψωμεθα.

εἰ δὲ περὶ μνησθῶν.) Et tua res agitur, paries quum proximus ardet.

ὁρὶ βλάττει.) Serum est hostium deum occurrere, quum finitimi omnes subacti sunt.

Prodest considerare incrementa Turcica, & causas incrementorum. συμφέρον γίγνεσθαι καὶ θεωρεῖν τὴν τρέχον δι' ὃν μέγας γέγονεν, ἀδοξίαν ὡς τὸ καταρχαίς ὁ τῆς κῆ.

δὲ πρὸς τὸν μὲν ταῦτα.) Demosthenes rerum naturam dictione imitatur: morā conjunctionibus interponendis, celeritatē ipsam adimendis significans.

Magnæ potentiae est, omnia suo arbitratu constituere. μεγάλης τιμῆς ἐστὶ δύναμει, πᾶσι δὲ ὅντις βούλοιο, ὅτις περὶ τὴν τρέχον.

ἐὼν μὲν ἐκβαλόν.) Etiam regum fortuna potentioribus ludibrio est.

Morbus non afferre debet socordiam, sed recuperata sanitas augere diligentiam. δὲ ἐὼν ἀσθενέστατος μὴ πρὸς δὲ ῥαθυμίαν ἀπκλίβειν, ἀλλὰ ῥαίσιστατος τὴν καλῶς τῶν ἔργων ὡς χεῖρ.

ἀρῶμεθα.) Ambitio & auaricia nullā necessitudinis rationem habet.

τί οὖν, τίς αὖ.) Generosi animi, hostium successus predicari aequis a nimis non ferunt.

λέγεις νῦν.) Cauendum est, ne quid extra causam inutiliter atque intempestivè commemoretur.

Quam perniciosum est, semper aliquid negligere? τὸ προΐεσθαι καὶ εἰς τὸν αἰεὶ τὴν πραγμάτων, ὡς ἀλυσίτελεις;

Homines acres nunquam ocium agunt, semper aliquibus negotium facessunt. οἱ φιλοπραγμονοῦντες τῇ φιλοπραγμοσύνῃ πρὸς ἀπαυτὰς χῶντες, καὶ συζῶσι.

Alacritas homines acres nunquam rebus gestis contentos, quiescere patitur. οἱ φιλόπονοι ἔτι τὸ φιλοπραγμοσύνης ἐκείνῃ ὅπως ἀγαπήσαντες τοῖς πεπραγμένοις, ἡσυχίασθαι.

primo impetu confecturos omnia. οἷοις τῇν πολέμων ἐκφύουσιν οἱ τύραννοι, & πλεμῆες οἰόμενοι δέσπαις αὐτῶν, ἀλλὰ τοῦ δέσιν αὐτῶν ὡς ἐπὶ πόντος, ἀπαντ' ἐλπίζοντες τὰ πρᾶγματ' αὐαίρειν.

κατα.) Etiam sapientissimos frustrantur sua consilia.

πρὸ γνῶμης.) Sic parati esse debemus, ut quicquid acciderit, nihil animo sit nouum.

Frustratio spei, & alius euetus quàm expectaris, perturbat, ac magnopere debilitat animos. ὅτι δὲ φθύνεται, καὶ τὸ παρὰ γνῶμην γεγονὸς, τὰ πράγματα δὲ ἀνθρώπων, καὶ πολλὰ ἀνυμῶν αὐτοῖς πρὶν.

ἀπισα.) Vnius hominis aut temporis scelus, nonnunquam toti nationi perpetuam labem & dedecus inurit.

ἀπισα.) Oratores solent aliquid dare aurbus multitudinis, siue laudando, siue uituperando, dissimulata saepe ueritate.

Quæ natura hominum animis ingenerauit, semper & in omnes sunt eadem, nec alia quicquā ea experitur. τὰ φύσει οὐ ταῖς ψυχαῖς οἷοντα πᾶσιν ἀνθρώποις, ἀλλὰ τοιαῦτ' ὑπάρχει, κομιδῇ δ' ὁσὸν ὅσιν, καὶ ὅσιν νῦν ἐκαστος.

κομιδῇ.) Nemo mirari debet, se ab improbo homine deceptum esse: non esse deceptum, id uerò magis esset mirum.

ἀπατην.) Accepti beneficij memoria nō est apud homines improbos diuturna.

ἐπιχειρήματα.) Beneficia eripiēda sunt insidiatoribus, & abutentibus aliorum liberalitate.

μαγκύσαν.) Tyrannicæ calliditatis est, simulare, se ijs cōsultum uelle, quorum libertati struunt insidias.

τειχίζεν.) Arcium extructio in urbibus, non tam munimentum est salutis, quàm firmamentum seruitutis.

ἡκρον δ' ἔγωγε.) Nihil uetat oratorem sui commodi causa quosdā rumores fingere.

Vrbium sustentationi, non tyrannorum rapacitati seruire debent reditus & uectigalia. τὰ κοινὰ τῇν πόλει ἀπὸ τῶν περὶ πόλιν δέσπαι, & τῶν τυράννων λαμβάνειν.

Principes, si tributa eis nulla penderentur, haud facile alerent militem peregrinū. ἀντὶ τῆν ἐκ τῆν ἐσπορῶν ἀρσενήσας οἱ δυνάσται χρημάτων, εἰς σκῶν κομιδῇ τὰ τῶν τροφῆς τοῖς ξένοις αὐτοῖς καὶ τὰ σῆμαται.

Existimandum est in uniuersum mortales omnes liberē, suisq; legibus malle uiuere, quàm seruire. ἀπαντὰς ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων γινώσκου, καὶ αὐτοῖς ἡδὺν αὐτῶν καὶ ἐλευθερίας, ἢ

δούλω εἶναι.

Qui non assueuerunt ad nutum cuiquā parēre, molestē ferunt superbi hominis imperium. οἱ ἀνδρες τὸ κατακτείναντες ὄντες, ἀχθονται ὑπὸ ἀνθρώπων ὑβριστῶν ἀρχόμενοι.

ὡς φασι.) Tutius est famam autorem citare, quàm ipsum aliquid affirmare.

Non incredibile est hominem rebus secundis insolescere. μὰ δὲ, ὅσον ἀπιστον ἴσως, ἀνθρώπων δὲ πρὸς τὸν ὑβριστῶν γινώσκου.

Homini superbi & cōtumeliosi est, quid uis imperare subditis. ἀνθρώπος ὑβριστῶν ὅσιν, & πᾶσι ὑπὸ τῶν τοῖς ἀρχομένοις.

Liuius: Si in secundis reb. bonam mentem quoq; donarent dii, non ea solum quæ euenissent, sed ea etiā quæ euenire possent, reputarem. ὅτι δὲ πρὸς τὸν παρὰ τὴν ἀξίαν, ἀφορμὴ τῆς κακῆς φρονέειν τοῖς ἀνθρώποις γίγνεται.

Non minor est uirtus, quàm quærere, paratū tueri:

Casus inest illhic, hic erit artis opus. πολλὰ κίς δοκεῖ τὸ φυλάξαι τὰ γὰρ δὲ τὸ κίς αὐτῶν χαλεπώτερον εἶναι.

Hostium incommoda nostra esse commoda ducere debemus. δὲ ἡμᾶς τὴν ἀκαμείαν τὴν τῇν πολεμίων καὶ τὸν ἡμέτερον νομίσαι.

Fortuna duce, comite uirtute. δὲ ἡ πόλις σωαίρει τῇ τύχῃ τὰ πρᾶγματα.

Legati mittendi sunt, si quod est opus, & iplis ciuibus militandum, & ceteri omnes sunt concitandi contra Turcos. καὶ πρὸς τὴν εὐνοίαν ἐφ' ἧς δὲ, καὶ στρατεύεται αὐτῶν, καὶ παροξύνεται τῶν ἄλλων ἀπαντὰς κατὰ τῇν τέρεκαλ.

πρὸς τὴν χώρα.) Tum commodissimē inuaduntur hostes, cum ipsorum fines instantur.

Turpe uidetur ea per occasionem non audere in hostes, quæ ipsi ab hostibus, si possent, pateremur. εἴτ' οὐκ ἀχαινοίμεθα, εἰ μὴ δ' ἀπὸ τοῖς ἀνδρῶν, εἰ δυνάμει οἱ ἐχθροὶ, ταῦτα ποιῶσι καὶ τὸν ἐχθρὸν, & τοῖς ἡμῶν.

Illud etiam intelligere debemus, optionem dari nunc, nobis ne in Turcia, an Turcis apud nos bellum sit gerendum. ἐπὶ τῇν μὴ δὲ τὸ ἡμᾶς λαμβάνειν, ὅτι νῦν αἰρεσίς ἐστις ἡμῶν, πότερον ἡμᾶς οὐ τῇ τῇν τέρεκαλ καὶ πρὸς τὴν ἐκείνην.

τίς αὐτῶν.) Vigilandum est ijs qui finitimos habent partim infestos, partim imbecilles ad externam uim propulsandam.

μὴ λίαν παρὸν ἐπὶ τῇν.) Acerbitas orationis condienda est præfatiuncula.

ἐχὶ βελλήσῃ.) Nihil est ab eorum potētia periculi, qui nocēdi uoluntatem nō habēt.

dd 2 Quæ

Quæ rex, etiam cum stultitiæ opinione, tamē eloquitur, ea quis eum, occasione data, facturum haud credat? τῷ ἀποπρωτάτων αὐτῶν εἶναι, εἰ δὲ νῦν ὁ βασιλεὺς μωραῖα ὀφλισκαίων, ὁμοῦς ἐκλαλεῖ, ταῦτα δυνάμεις μὴ πρέξει.

Qui quicquid animi fert impetus, eloquuntur, stultitiæ reprehensione non carēt. οἱ, ὅ, τι αὐτῷ ἐν ἐμπέσει, ἐκλαλεῖν ὁφλισκαίουσι.

Quātum interfit, foris, an domi bellum gerere, nihil opus est uerbis. ἡλικία γ' ὅστις διάφορα ἔξω, ἢ ἐν τῇ οἰκίᾳ πολεμεῖας, ὅδε λέγει προσδῆ.

ἐν γὰρ ὑμᾶς.) Exercitus amicorum etiam nusquam, uel breuī tempore esse potest, si ne magna clade agricolarum. στρατοπέδου καὶ φιλικῆς, καὶ βραχυῶς ἐν τῇ χώρᾳ χρόνον ὄντος, πλεῖστα ζημιῶνται οἱ γεωργεῖντες.

ἐὼς γεωργεῖντας.) Agricola & mercatores ab admittendo bello melius deterri non possunt, quā si his negotiationis euersio, illis agrorum uastatio proponatur.

πλεόν αὖ οἰμαι.) Ad terrorem incutendum quædam ultra ueri fidem, uerecundē tamen, amplificantur.

ὅσα εἰς ἀπαντα.) Potius quā de iure nostro cedamus aduersariis, aureo piscamur hamo, necessariò nonnunquam, rarò feliciter, sæpissimè impulsī affectibus.

Hostes non contenti ex agris petere necessaria, quod superest, proteruē deuastant.

οἱ πολέμιοι οὐκ ἀγαπῶντες, ὅσα ἀνάγκη στρατοπέδου χωρὶς, τῷ ἐκ τῆς χώρας λαμβάνειν, τὰ λοιπὰ ὑβρίζοντες διαφθείρουσι.

Rei malæ gestæ dedecus, quouis damno grauius est, cordatis quidē hominibus. ἡ τῷ πρῶτον αἰχμῶν ἐδεμῖας ἐλάττων ὅστις ζημία, τοῖς γε σφόδρα.

Omni bus ijs quæ res postulat, ob oculos positis, omnes operā dare decet, ut bellum amoliantur. πάντα τὰ δέοντα δὲ σωιδόντας ἀπαντας βοηθεῖας, καὶ ἀπωθεῖν δὲ πλεμον.

Diuites paruis impensis magnas opes tueri non grauātē debent. ἐὼς εὐπρόσδεῖ ὑπὸ τῷ πλεονῶντι ἔχουσι μὴ ἀχθομένους μικρὰ ἀναλίσκειν, ἵνα τὰ λοιπὰ καρπῶν ἁδεῶς.

καλῶς ποιῶντες.) Cauenda est oratori maleuolentiæ & inuidentiæ suspicio.

Adolescētes decet rei militaris in hostili terra parta pericia, terribiles incolumis patriæ custodes esse. ἐὼς ἐν ἡλικίᾳ δεῖ πλεονῶντος πολεμεῖν ἐμπειρίαν ἐν τῇ τῷ ἐχθρῶν χώρᾳ κηνομῆ

νους, φοβεροὺς φύλακας τῆς οἰκίας ἀνεραῖς γενέσθαι.

οἱ ἐν ἡλικίᾳ.) Optima ætas est adoleſcentia, si quis ea rectē uti ſciat.

Oratori danda est opera, ut actorum in Republica suorum commodē possit rationem reddere. πρῶτον τῶν λέγοντι τὰς τῷ πολιτικῶν ἐνδυνάσεως, ἡ δὲ ἑαυτῶν προῖχα.

Vt cum populo agitur, sic de actis oratorum iudicare solet. ὅποια τ' αὖ ἐν πολλοῖς πόλεσι τὰ πρῶτα, τοῖς τοῖς καὶ τῷ πρῶτον τῶν λέγοντι ἐσση.

τοῖς τοῖς καὶ.) Dura cōditio est eorum, qui in dandis cōsilijs & gerendis rebus uersantur, cum eorum fides ex euentu soleat aestimari.

καὶ.) Quale uerò est iudiciū, euentum & fortunam, res in manu Dei sitas, homini imputare?

Enumerationes & perorationes ē firmamenti, & ijs quæ causam continent, sunt petendæ. δεῖ ἐκ τῶν ἱερῶν αἰκῶν τῶν σωτηρίων τὰς ἀνακεφαλαιώσεως καὶ ἐὼς ὑδὲ λόγου λαμβάνειν.

Optima consilij conclusio: Vtinam officio suo nemo desit, & adsit Dei immortalis fauor. χρῆσθαι ἐν τῷ πρῶτον, πάντες εἴνεκα.

Hæc hæcenus: proferamus nunc Annotationum specimē, ut Demosthenis Orpus, quod ultra iustam penē magnitudinē excreuit, tandem concludatur.

ANNOTATIONES IN

LIBANII ARGV-
mentum.



Ἰβανίον.) ὁ λιβανῶς, uel ὁ λιβανὸν (utroq; enim genere dicitur) tus: λιβανός arbor turis est, & Arabiæ mons, qui cum Antilibano καὶ λυβανῶν, id est, cauiam Syriam includit. Hinc λιβανίον, siue à monte Libano, siue à ture nomen habet: quem latine fortasse (quod tamen in proprijs nominibus, quæ suæ linguae relinquentur, fieri non debet) Turinum appellare possis. Fuit autem Antiochenus patria, sophistes celeberrimus: floruit temporibus Iuliani imperatoris. Eius orationes, declamationes, & ecphrases perelegantes extant: quas aliquando Germanis etiam communicabit, ut spero, noster Oporinus. Vitam suā copiose & ornatē, ut omnia, ipse descripsit.